



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

LI. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Marienpforte zwölf Pfund brand. Denare aus den jährlichen Abgaben und der Bede von Bentz und Lindenburg, am 23. Mai 1343.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

L. Pappst Clemens VI. trägt dem Probst in Neu-Angermünde auf, dem Kloster Marienpforte die widerrechtlich entfremdeten Güter wieder zu verschaffen, am 1. April 1342.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilecto filio . . . Preposito in Nova Angermunde, Brandenburgensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Dilectarum in Christo filiarum abbatisse et Conventus Monasterii Sanctimonialium in Boicemborch, ordinis Cisterciensis, Camminensis diocesis, precibus inclinati, presencium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius monasterii alienata inveneris illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, et se gracia odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellacione cessante, compellas, veritati testimonium perhibere. Datum Avinione, Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

LI. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Marienpforte zwölf Pfund brand. Denare aus den jährlichen Abgaben und der Bede von Benz und Hinnenburg, am 23. Mai 1343.

Ludovicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchyo, Comes palatinus Reni, Bawarie et Karinthye Dux, sacrique Romani Imperii archicamerarius, Singulis et univervis, ad quos presentes pervenerint, salutem et noticiam subscriptorum. Cum rerum largiciones bonorumque donaciones, divine remuneracionis intuitu donate, tribute religiosis et deodicatis personis et singulariter virginibus sub sacre religionis habitu deo obsequentibus, solite sunt apud eundem animarum salutem ac commoda procreare: Nos vero pia consideracione moti pretendentes id ipsum, honorabilibus et religiosis in Christo deodicatis personis . . . Abbatisse . . . Priorisse et Conventui sanctimonialium monasterii in Botzenborch, ordinis Cysterfensis, Camminensisque diocesis, ob iugem et perhennem Magnificorum principum bone recordacionis Marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum salutem et memoriam, appropriare decrevimus et presentibus appropriamus duodecim librarum redditus denariorum Brandenburgensium annue pensionis sive contribucionis in censu et precaria in villis dictis Bentz et Hinnenburg sitos, cum singulis et univervis ipsorum iuribus, commodis, graciis et libertatibus, ex jure vel ex debito redditibusque prenotatis quomodolibet competentibus, et prout strenuus vir Gerckinus Wolf dilectus noster fidelis, possedit et tenuit, in antea perpetuis temporibus sine inquietacione qualibet pacifice possidendos, Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni iuri, accioni et impetitioni, que nobis in premissis competebant redditibus, vel competere possent aliqualiter in futurum. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero huius sunt Nobiles viri Chumadus Dux de Deeka, Guntherus Comes de Swartzenburg, Hainricus de Ryschach, curie nostre Magister, Henningus de Buch, milites, et Gerckinus Wolf, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Schaufen, Anno Domini Millefimo trecentesimo quadagesimo tercio, in Craftino ascensionis eiusdem.